

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Verecundia m  
cum fonte primo

Sicut uerecundia laudabilis est in malo,  
ita reprehensibilis est in bono.  
Erubescere enim malum sapientie est,  
bonum uero erubescere fatuitatis.

Qui erubescit mala penitendo  
que fecit, ad uite libertatem peruenit;  
qui uero erubescit bona facere, a statu  
rectitudinis cadit, atque ad  
dampnationem tendit, sicut per  
redemptorem dicitur: Qui me erubuerit  
et meos sermones  
et cetera.

Gregorius in omelia X. super  
Ezechielem.

Sicut uerecundia laudabilis est in malo,  
ita reprehensibilis est in bono.

Erubescere enim malum sapientiae est,  
bonum uero erubescere, fatuitatis.

Vnde scriptum est: *Est confusio  
adducens peccatum, et est confusio  
adducens gloriam.*

Qui enim erubescit paenitendo mala  
quae fecit, ad uitae libertatem peruenit.

Qui uero erubescit bona facere, a statu  
rectitudinis cadit atque ad  
damnationem tendit, sicut per

Redemptorem dicitur: *Qui me erubuerit  
et meos sermones,*

*hunc Filius hominis erubescet, cum  
uenerit in maiestate sua* (Luc. 9:26).

Gregorius Magnus, *Homeliae in  
Hiezechielem prophetam*, 1, 10, 17  
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.152,  
ll.271-279).